Eiusdem Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitan' Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kłoczow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Stanislao olim Francisci Dworakowski ex omnibus bonis tuis Rigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Ut coram officio nostro in Terminis Querellarum ad causarum officij Capitan' Castren' Branscen' feria secunda post datam praesentis citationis prius et prox in Curia Regia Branscensi cellebran' pertis et peremptorie compareas. Ad instantiam Generosi Alberti olim Mathiae Grodski qui te citat ad Inscriptionem tuam Castrensem Branscensem qua mediante submisisti et inscripsisti te Nobili Andreae Dworakowski certi et liquidi debiti summam sex floren' polon' pro tempore certo in Inscriptione specificato sub vadio bimilis summae solvere ac per eundem Nobilem Andream Dworakowski moderno Actori coram Actis hisce cessi et recognit' eundem praefatam non soluisti nec restituisti summam per quod in vadium in eadem Inscriptione appositum incidisti ad quod super te una cum restitutione summae essentialis citaris Juste sis responsurus et Terminum attentaturus. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Siekacz ab una integra ante suum Terminum septimana in bonis Dworaki citati proprijs posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor suprascriptum citatum Ad officium praesens per Ministerialem Generalem Regni Providum Balthazarum Piotrowski iuridice clamat' et non comparen' ex Regestri ordine admissioneq officij praesentis in lucro suo pro toto Juste condemnavit.

Grochowski Reinductionis Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitan' Branscensem tenoris in haec verba currentis Franciscus Joannes in Kłoczow Lesnowolski Branscen' etc Capitan' Tibi Nobili Petro olim Sebastiani Płonski de Płonka Małyski tibi Innotescimus secundo Nobilem Michaelem olim Alberti Grochowski coram nobis seu officio nostro graviter querelasse ideo Quia tu eundem conquerentem de totalibus et integris bonis immobilibus in bonis

24205

Wolka Matyski et per temetipsum eidem Actori in summa duodecem sexagenarum grossorum po lonicalium obligatis et inscriptis coram Actis Iribus Surasensibus vi et violenter expulisti eiecisti 'tsu et possessione pacifica priasti, quare rigore Regio et vra Capti authoritate mandamus ut in Terminis Querellarum ac causarum officij Capitan Castren Branscen in Curia Regia Branscensi feria secunda post datam pntis citationis proxe celebrari pntr et peremptorie compareas. Ad instantiam prefati conquerentis qui te citat secundo post obtentam poenam Contumaciae in qua te in praeteritis Querellarum Terminis Justr condemnavit iuxta suam citonem primam originalem qua te citaverat et nunc citat ad videndum et audiendum super te et bonis tuis antributis reinductionem bonorum controversorum decerni et Vadium Captle Centum viginti Marcarum polon interponi citans Justr sis responsurus et Terminum attentaturus Datum in Curia Regia Branscensi fria Secunda post Dnicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem citonis praeinsertae copiam sigillatam Mtis Regni Generalis Providus Joannes Sieklecz tum et illius super quam poena Contumaciae est obtenta quamlibet illarum ab una integra ante Terminos suos septimana in bonis reinductioni subiectis posuisse et publicasse recognit. Memoratus Actor supradictum citatum Ad officium praesens per Mtem Generalem Regni Providum Balthazarum Piotrowski iuridice clamat et non comparet ex Regestri ordine admissioneq officij praesentis in Termino suo pro toto Justr condemnavit. In cuius autem rei praedicti modo praemisso in contumaciam partis citatae obtenti Officium praesens Castrense Capitan Branscense visa et consyderata citati clamati et non comparentis contumacia et temeritate nimi communi et partis Actoris affectationi ac contentis citonis inhaerendo decrevit quatenus cittus Actorem in bona de quibus eum expulit reinducat ac eadem in possessionem pacificam conferat. Ad quam reinductionem officium hoc idem Mtem Regni Gtem cum Mtibus duobus addit et deputat. Et ne ea Reinductio quovis modo per partem citatam impugnetur Vadium Captle Centum viginti Marcar polon interponit Dt pntis rigore.